

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 10. Christi crescente gloriâ Ioannis fama obscurantur. S. Andreæ  
Ioannis discipuli somnium matutinum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

## Elegia 10.

Christi crescente gloriâ Ioannis fama  
obscuratur. S. Andreæ Ioannis  
discipuli somnium ma-  
tinum.

1. Somniat Andreas sibi videri solem de fonte  
emergentem, sed protinus evanescerem.
2. Alterum videt solem, cui septem planetæ cen-  
chorus laudes accinant; quo cantu excitatur  
Andreas.
3. Interim alius Ioannis alumnus, sui magistri  
laudes celebrat.
4. At vero Andreas præ illo Christum illustri-  
ribus exornat titulis.

V T nigra vela negro iam nox submittere vultu  
Cœperat, albenti pallida facta polo.  
Iamque breui profugæ pallent in lumine stellæ.  
Quas propiore rubens Phosphorus adflat equo.  
Tum varius rerum species, &c inania somni  
Signa lege, veri fors habitura fidem.  
Nescio quæ medijs lux surgere visa tenebris,  
Seu sol, sive nocti solis imago fuit.  
Ille breui de fonte nouas emergit in auras.  
Ceu mare, quo surgat, fons cui parvus erat.  
Astriger hanc Eon ut surgere vidit Arion (a)  
Astrigera laudes accinit ipse lyra  
Ut vidi, perijt, fugiturque repente sub umbras  
Sol breuis hic, si non is magè luna fuit,  
Alter at hic roseo præflorebat Eous in ortu,  
Cætera qui flammis impletat astra suis.  
Fit mera iam cristallus hamus, crystallus & orcus,  
Cristallusque canis Nereis ima vadis,

Q iiiij

Scilicet

Scilicet immense vis nulla stat in via lucis.  
 Orbis iter radijs persecat omne suis.  
 Illius illustres cœlum miratur honores.  
 Cynthius hoc nescit Cynthia ferre iubar.  
 Huic septena dicant septenam sidera plectrum.  
 Et septem socias adiutavit æthra lyras.  
 Quas septem numeris, tot item chorus astriger astris  
     Erudit, & liquidis temperat aura modis.  
 Aura suave sonans Superum quæ mulceat aures;  
     Accinit æthereis emula terra choris.  
 Excitor, ipse fugit somnus cum sole. sed hæsit  
     Postera lux. scires Numinis esse iubar.  
 At mihi tum varijs trahitur mens ne scia curis;  
     Hic sibi quid somnus disparate sole velit.  
 Viderat hoc olim, quæ sera nepotibus ætas  
     Voluetur, niueis in noua secta rotis.  
 Iam vigil ergo viam carpo. comes hæret eunti;  
     Qui serit alternis verba remensa modis.  
 Donec is ad Salim fontes deuenit & Ennon,  
     Tum stetit, & digito quem mihi monstrat, ait:  
 Ille videt sentis saga cui stant hispida setis.  
     Quis scit an Elias, maior an alter adest.  
 Et certè Thesbitis honos & gloria floret  
     Hoc in vate, scabris cui toga texta pilis.  
 Friscus at Elias (b) cælo si deuocat ignes:  
     Queis premat hos, terris hic sibi querit aquas.  
 Forsan hic est seros quem Sol promisit in annos  
     Venturum, misericertus ut addat opem.  
 Et iam tempus adest, olim verrentibus annis  
     Publica Iesseio surgat ut orbe salus.  
 Sic autem & Solymis laudes has accinit vndis.  
     Alter ab aduerso sed reddit orbe sonus.

### Palinodia.

ANDREAS AD IOANNEM.

**H**actenus augustæ tibi creuit adorea famæ  
     Postmodò decrebet, floris id instar habes.